

Cantus Gregoriani

AD

ORDINEM HEBDOMADAE SANCTAE

IUXTA RITUM

ORDINIS PRAEDICATORUM

INSTAURATUM

PERTINENTES

Qui in libris liturgicis O. P.

desiderantur

vel

illic aliter ordinantur

ROMAE
AD S. SABINAE
MCMLIX

Concordat cum originali approbato.
Romæ, ad S. Sabinæ, die 11 novembris 1959

Fr. MICHAËL BROWNE O. P.
Magister Generalis

L. ☒ S.

Typis Polyglottis Vaticanis

Printed in Vatican City

DOMINICA II IN PASSIONE SEU IN RAMIS PALMARUM

AD SOLEMNEM RAMORUM PROCESSIONEM
IN HONOREM CHRISTI REGIS


AD DISTRIBUTIONEM RAMORUM

Ramorum benedictione finita, cantor, ramum celebranti offerens, incipit antiphonam Púeri Hebræórum, tolléntes, et omnes ipsam et alteram, scilicet Púeri Hebræórum vestiménta, a cantore pariter incipiendam, prosequuntur, dum interim rami a sacrista distribuuntur.

Dum rami distribuuntur, stat chorus contra chorum.

Si antiphonæ non sufficiant, cum versibus psalmi 23, et respective psalmi 46 et Glória Patri in fine, cantari possunt, ut infra:


Antiphona 1



Pú- e-ri Hebræ- ó-rum, tolléntes ramos o-li- vá-




rum, obvi- a-vé-runt Dómi- no, clamántes et di-cén-




tes: « Ho-sánna in excél-sis ». E u o u a e.

Psalmus 23, 1-2 et 7-10



Dómi-ni est terra et ple-ni-túdo e-ius, * orbis



terrá-rum et u-ni-vér-si qui há-bi-tant in e-o.

Quia ipse super mária fundávit eum, * et super flúmina præparávit eum.

Et repetitur antiphona Púeri Hebræórum.

Attóllite portas, príncipes, vestras, ⁊ et elevámini, portæ æternáles, * et introíbit rex glóriæ.

Quis est iste rex glóriæ? * Dóminus fortis et potens, Dóminus potens in próelio.

Et repetitur antiphona Púeri Hebræórum.

Attóllite portas, príncipes, vestras, ⁊ et elevámini, portæ æternáles, * et introíbit rex glóriæ.

Quis est iste rex glóriæ? * Dóminus virtútum ipse est rex glóriæ.


Et repetitur antiphona Púeri Hebræórum.

Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen.

Et repetitur antiphona Púeri Hebræórum.

Antiphona 2




Pú- e-ri Hebræ- ó- rum vestiménta prosternébant



in vi- a, et clamá-bant di-céntes: « Ho-sánna Fí-li-




o David: benedíctus qui venit in nómi-ne Dómi-ni».




E u o u a e.

Psalmus 46



Omnes gentes, pláudi-te má-ni-bus: * iu-bi-lá-te



De-o in vo-ce exsul-ta-ti- ó-nis.

Quóniam Dóminus excélsus, terríbilis, * rex magnus super omnem terram.

Et repetitur antiphona Púeri Hebræórum.

Subiécit pópulos nobis * et gentes sub pédibus nostris.

Elégit nobis hereditatem suam: * spéciem Iacob, quam diléxit.

Et repetitur antiphona Púeri Hebræórum.

Ascéndit Deus in iúbilo, * et Dóminus in voce tubæ.

Psállite Deo nostro, psállite: * psállite regi nostro, psállite.

Et repetitur antiphona Púeri Hebræórum.

Quóniam rex omnis terræ Deus: * psállite sapiénter.

Regnabit Deus super gentes: * Deus sedet super sedem sanctam suam.

Et repetitur antiphona Púeri Hebræórum.

Príncipes populórum congregáti sunt cum Deo Abraham, * quóniam dii fortes terræ veheménter eleváti sunt.

Et repetitur antiphona Púeri Hebræórum.

Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in principio et nunc et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen.

Et repetitur antiphona Púeri Hebræórum.


Quae si non sufficiant, repetantur quousque distributio ramorum finiatur; si autem finiatur prius, clauditur cum Glória Patri, et repetitur antiphona.

AD PROCESSIONEM


Cantoribus inchoantibus antiphonam Occurrunt, processio egreditur.

Progrediente processione cantantur antiphonæ, hymni et psalmi qui infra indicantur, omnes vel aliqui, pro opportunitate.


Antiphona 1




Occurrunt turbæ cum fló-ri-bus et palmis Red-




emptó-ri óbvi- am, et victó-ri tri- umphánti di-



gna dant obséqui- a: Fí- li- um De- i o-re gentes




prædi- cant, et in laudem Chri- sti vo-ces tonant per



nú-bi- la: « Ho- sánna ».


Antiphona 2



Cum ánge- lis et pú- e- ris fi- dé- les inve- ní- á-




mur, tri-umpha-tó-ri mortis clamántes: « Ho-sánna



in excél-sis ».

Antiphona 3



IV

Turba multa, quæ convé-ne-rat ad di-em festum,



clamábat Dó-mi-no: « Be-ne-díctus qui ve-nit in nó-mi-




ne Dó-mi-ni: Ho-sánna in excél-sis ».

Antiphona 4



I

Cœpé-runt omnes turbæ descendénti-um gau-



déntes laudá-re De-um voce magna super óm-



ni- bus quas ví-de-rant virtú-ti-bus, di-céntes: « Be-



ne-díctus, qui ve-nit Rex in nó-mi-ne Dó-mi-ni; pax




in cæ-lo, et gló-ri-a in ex-célsis ».

HYMNUS AD CHRISTUM REGEM

Populus, si fieri potest, post unumquemque versum hymni, versum Glória, laus cum choro repetit.

Cantores:




I

Gló-ri-a, laus et ho-nor ti-bi sit, Rex Chri-



ste, Red-émptor, cu-i pu-e-rí-le de-cus prompsit



Ho-sánna pi-um.

Chorus cum populo: Glória, laus ut supra.

Cantores:



ψ. Isra-ël es tu Rex, Da-vi-dis et incli-ta pro-



les, nómine qui in Dómi-ni, Rex be-ne-díc-te, ve-nis.

Chorus cum populo: Glória, laus ut supra.

Cantores:




ψ. Coetus in excél-sis te laudat cæ-li-cus omnis,



et mortá-lis homo et cuncta cre-á-ta simul.

Chorus cum populo: Glória, laus ut supra.

Cantores:




ψ. Plebs Hebræ-a ti-bi cum palmis óbvi-a ve-




nit; cum pre-ce, vo-to, hymnis ádsumus, ecce, ti-bi.

Chorus cum populo: Glória, laus ut supra.


Antiphona 5



Omnes colláudant nomen tu-um, et di-cunt:




«Be-ne-díc-tus qui ve-nit in nó-mi-ne Dó-mi-ni: Ho-sán-



na in excélsis». E u o u a e .

Hæc antiphona post psalmum 147 vel post binos versus eiusdem psalmi repeti potest.

Psalmus 147



Lauda, Ie-rú-sa-lem, Dóminum: * Lauda De-um tu-



um, Si-on, 2. Quo-ni-am

2. Quóniam confortávit seras portárum tuárum: * be-nedíxit filiis tuis in te.

3. Qui pósuit fines tuos pacem: * et ádipe fruménti sátiat te.
4. Qui emíttit elóquium suum terræ: * velóciter currit sermo ejus.

5. Qui dat nivem sicut lanam: * nébulam sicut cíne-rem spargit.

6. Mittit crystallum suam sicut buccellas: * ante faciē frigiditatis eius quis sustinebit?

7. Emitte verbum suum et liquefaciet ea: * flabit spiritus eius et fluent aquae.

8. Qui annuntiat verbum suum Iacob: * iustitias et iudicia sua Israël.

9. Non fecit taliter omni nationi: * et iudicia sua non manifestavit eis.

10. Gloria Patri, et Filio, * et Spiritui Sancto.

11. Sicut erat in principio et nunc et semper, * et in saecula saeculorum. Amen.

Et repetitur antiphona Omnes collaudant.

Antiphona 6

VIII

Fulgen-tibus palmis prosternimur adveni-
enti Dómi-no: huic omnes occurramus cum hym-
nis et cántibus, glo-ri-fi-cán-tes et di-cén-tes: « Be-ne-
dictus Dó-mi-nus ».

Nihil impedit quominus cantetur a fidelibus hymnus Christus vincit, vel alius cantus in honorem Christi Regis.

Antiphona 7

Antiphona Ave, Rex, si fieri potest, cantatur ante ostium apertum ecclesiae, et in eius inceptio ab omnibus fit adoratio crucis, ut sequitur.

Cruciferarius et ceroferarii, stantes ante ostium apertum ecclesiae, vultus vertunt ad altare, imagine tamen Crucifixi versa ad conventum et populum.

Cantores genua flectendo incipiunt Ave, et tunc omnes (praeter cruciferarium et ceroferarios) versis vultibus ad crucem genua flectunt et antiphonam prosequuntur. Ad verba quem prophetae omnes se erigunt, et stant versi ad crucem usque ad finem antiphonae.

Omnes genua flectunt

Ant. II

A-ve, Rex no-ster, Fi-li Da-vid,

Omnes surgunt

Red-emptor mun-di, quem prophetae praedi-xe-
runt Salva-torem dómu-i Isra-ël esse ventú-
rum. Te e-nim ad sa-lu-tá-rem víc-ti-mam Pa-

ter mi- sit in mundum, quem exspectá- bant omnes
 sancti ab o-rí- gi- ne mundi. Et
 nunc: «Ho-sánna Fi- li- o Da-vid: Be-ne-díctus qui
 ve- nit in nómi-ne DÓ-mi-ni: Ho- sán-na in
 excél- sis ».

Antiphona prædicta finita, cantoribus incipientibus responsorium Ingrediénte, processio ecclesiam ingreditur, et omnes responsorium prosequuntur. Finito responsorio cantores cantant versum Cumque audissent.

Responsorium

II
 Ingre-di- énte DÓ-mi-no in sanctam ci-
 vi- tá- tem, Hebræ- ó- rum pú- e- ri re-

surrecti- ónem Vi-tæ pro- nunti- ánt- tes, * Cum
 ramis palmá- rum: « Ho-sánna, clamá- bant,
 in ex- cél- sis ». ¶. Cumque audissent qui- a ve-
 nit Ie-sus Iero-só-ly- mam, ex-i- é-runt ób- vi- am
 e- i. * Cum ramis.

Cum conventus chorum intrat, singuli vadunt ad sedes suas, et qui aquam portavit ad sacristiam revertitur.

Ceroferarii sistunt ante gradus altaris hinc et inde. Cruciferarius, si crucem altaris in processione detulerit, eam statim suo loco reponit, ubi usque post Completorium discooperta remanet; secus eam deponit iuxta credentiam, ubi erat prius.

Celebrans, cum ad altare advenit, facta eidem debita reverentia, cum ministris sacris ascendit et se vertit ad populum.

Finito responsorio cum versu et resumptione, ceroferarii, cantore eis deferente, vel ipsi cantores, dicunt:

¶. De ore leónis libera me, Dómine. ☩

¶. Et a córnibus unicórnium humilitátem meam. ☩

Deinde, diacono librum tenente, celebrans, manibus iunctis, absque Dóminus vobiscum, præmisso Orémus, dicit orationem ad complendam processionem eo tono quo dicitur ad Horas.

Orémus. ☩

Omnípotens sempitérne Deus, qui humano géneri, ad imitandum humilitátis exéplum, Salvatórem nostrum carnem súmeri et crucem subíre fecísti; concéde propítius: ut et patiéntiæ ipsíus habére documénta, ☩ et resurrectiónis consórtia mereámur: Per eúndem Christum Dóminum nostrum. ☩ R. Amen.

Oratione finita, celebrans et ministri de altari descendunt et in sacristiam vadunt, ubi, depositis indumentis albis, assument violacea.

Omnes ramos benedictos deponunt, qui amplius manibus non tenentur dum Missa celebratur.


FERIA V IN CENA DOMINI

AD MISSAM SOLEMNEM VESPERTINAM IN CENA DOMINI


Dum celebrans sacram Communionem distribuit, cantatur antiphona ad communionem Dóminus Iesus.

Iuxta numerum communicantium addi possunt psalmi 22, 71, 103 et 150, ea ratione ut antiphona post singulos psalmos vel post singulos aut binos versus cuiusque psalmi repetatur, omisso hodie Glória Patri.

Psalmus 22



Dóminus re-git me, et ni-hil mi-hi dé- e-rit: * in



lo-co páscu-æ i-bi me col-lo-cá-vit. 2. Super aquam...

2. Super aquam refectionis educávit me: * ánimam meam convértit.


3. Dedúxit me super sémitas iustítiae * propter nomen suum.

4. Nam, et si ambulávero in médio umbræ mortis, non timébo mala: * quóniam tu mecum es.


5. Virga tua et báculo tuus: * ipsa me consoláta sunt. —
 6. Parásti in conspéctu meo mensam, * advérsus eos qui tribulant me.
 7. Impinguásti in óleo caput meum: * et calix meus inébrians quam præclárus est!
 8. Et misericórdia tua subsequétur me * ómnibus diébus vitæ meæ:
 9. Et ut inhábitem in domo Dómini * in longitudínem diérum.

Non dicitur Glória Patri et repetitur antiphona Dóminus Iesus, ut supra.

Psalmus 71



De- us, iudí- ci- um tu- um re- gi da: * et iustí- ti-



am tu- am fí- li- o re- gis:

2. Iudicáre pópulum tuum in iustítia, * et páuperes tuos in iudício.
 3. Suscípant montes pacem pópulo: * et colles iustítiam.
 4. Iudicábit páuperes pópuli, ꝥ et salvos faciet filios páuperum: * et humiliábit calumniatórem. —
 5. Et permanébit cum sole, et ante lunam, * in generatióne et generatióne.
 6. Descéndet sicut plúvia in vellus: * et sicut stillicidia stillántia super terram.
 7. Oriétur in diébus eius iustítia et adundántia pacis: * donec auferátur luna. —

8. Et dominábitur a mari usque ad mare: * et a flúmine usque ad términos orbis terrárum.
 9. Coram illo prócident Æthíopes: * et inimíci eius terram lingent.
 10. Reges Tharsis et insulæ múnera ófferent: * reges Arabum et Saba dona addúcent.
 11. Et adorábunt eum omnes reges terræ: * omnes gentes sérvient ei. —
 12. Quia liberábit páuperem a poténte: * et páuperem, cui non erat adiútor.
 13. Parcet páuperi et ínopi: * et ánimas páuperum salvas faciet.
 14. Ex usúris et iniquitáte rédimet ánimas eórum: * et honorábile nomen eórum coram illo. —
 15. Et vivet, et dábitur ei de auro Arábiæ, ꝥ et adorábunt de ipso semper: * tota die benedícet ei.
 16. Et erit firmaméntum in terra in summis móntium, ꝥ superextollétur super Líbanum fructus eius: * et florébunt de civitate sicut fenum terræ.
 17. Sit nomen eius benedíctum in sæcula: * ante solem permanet nomen eius.
 18. Et benedicéntur in ipso omnes tribus terræ: * omnes gentes magnificábunt eum. —
 19. Benedictus Dóminus, Deus Israël, * qui facit mirabilia solus:
 20. Et benedíctum nomen maiestátis eius in ætérnum: ꝥ et replébitur maiestáte eius omnis terra: * fiat, fiat.

Non dicitur Glória Patri, et repetitur antiphona Dóminus Iesus, ut supra.

Psalmus 103



Béne-dic, á-ni-ma me-a, Dómino: * Dómine De-



us me-us, magni-fi-cá-tus es ve-hemé-nter.

2. Confessi-ónem et decórem induísti: * amíctus lúmine sicut vestimé-nto:

3. Exténdens cælum sicut pellem: * qui tegis aquis superiora eius.

4. Qui ponis nubem ascénsu tuum: * qui ámbulas super pennas ventórum.

5. Qui facis ángelos tuos, spírítus: * et mínistros tuos ignem uré-ntem. —

6. Qui fundásti terram super stabilitátem suam: * non inclinábitur in sáeculum sáeculi.

7. Abýssus, sicut vestimé-ntum, amíctus eius: * super montes stabunt aquæ.

8. Ab increpatióne tua fúgient: * a voce tonítrui tui formidábunt.

9. Ascéndunt montes, et descéndunt campi * in locum quem fundásti eis.

10. Términum posuísti, quem non transgrediéntur: * neque converténtur operíre terram. —

11. Qui emíttis fontes in convállibus: * inter médium móntium pertransibunt aquæ.

12. Potábunt omnes béstiae agri: * exspectábunt ónagri in siti sua.

13. Super ea vólucres cæli habitábunt: * de médio petrárum dabunt voces.

14. Rigans montes de superioribus suis: * de fructu óperum tuórum satiábitur terra:

15. Producens fenum iumentis, * et herbam servitúti hóminum:

16. Ut edúcas panem de terra: * et vinum lætíficet cor hóminis:

17. Ut exhíla- ret fáciem in óleo: * et panis cor hóminis confirmet.

18. Saturabúntur ligna campi, † et cedri Líbani, quas plantávit: * illic pásseres nidificábunt.

19. Heródii domus dux est eórum: † montes excélsi cervis: * petra refúgium herináciis. —

20. Fecit lunam in témpora: * sol cognóvit occasum suum.

21. Posuísti ténebras, et facta est nox: * in ipsa pertransibunt omnes béstiae silvæ.

22. Cátuli leónum rugiéntes, ut rápíant, * et quærant a Deo escam sibi.

23. Ortus est sol, et congregáti sunt: * et in cubilibus suis collocabúntur.

24. Exíbit homo ad opus suum: * et ad operatió- nem suam usque ad vésperum. —

25. Quam magnificáta sunt ópera tua, Dómine! † ómnia in sapiéntia fecísti: * implé- ta est terra possessióne tua.

26. Hoc mare magnum, et spatiósum má- nibus: * illic reptí- lia, quorum non est númerus.

27. Animália pusilla cum magnis: * illic naves pertransibunt.

28. Draco iste, quem formásti ad illudéndum ei: * ómnia a te exspectant ut des illis escam in témpore.

29. Dante te illis, colligént: * aperiénte te manum tuam, ómnia implebúntur bonitáte.

30. Averténte autem te fáciem, turbabúntur: † áuferes

spíritum eórum, et defícient, * et in púlverem suum rever-
téntur.

31. Emíttes spíritum tuum, et creabúntur: * et renovábis
fáciem terræ. —

32. Sit glória Dómini in sæculum: * lætábitur Dóminus
in opéribus suis:

33. Qui réspicit terram, et facit eam trémere: * qui tangit
montes, et fúmigant.

34. Cantábo Dómino in vita mea: * psallam Deo meo,
quámdiu sum.

35. Iucúndum sit ei elóquium meum: * ego vero delectá-
bor in Dómino.


36. Deficiant peccatóres a terra, ꝛ et iníqui ita ut non
sint: * bédedic, ánima mea, Dómino.

*Non dicitur Glória Patri, et repetitur antiphona Dóminus
Iesus, ut supra.*

Psalmus 150



Laudá-te Dómi-num in sanctis e-ius: * Laudá-te e-



um in firmaménto virtú-tis e- ius.

2. Laudáte eum in virtútibus eius: * laudáte eum secún-
dum multitudínem magnítudinis eius.

3. Laudáte eum in sono tubæ: * laudáte eum in psaltério
et cíthara.

4. Laudáte eum in týmpano et choro: * laudáte eum in
chordis et órgano.

5. Laudáte eum in cýmbalis benesonántibus: ꝛ laudáte
eum in cýmbalis iubilatiónis: * omnis spíritus laudet Dó-
minum.

*Non dicitur Glória Patri, et repetitur antiphona Dóminus
Iesus, ut supra.*

FERIA VI IN PASSIONE ET MORTE DOMINI

AD SOLEMNEM ACTIONEM LITURGICAM
POSTMERIDIANAM
IN PASSIONE ET MORTE DOMINI

AD SOLEMNEM S. CRUCIS ADORATIONEM

Tertio cantato a choro Sanctus Deus, etc., celebrans Crucem, ambabus manibus elevatam tenens, omnibus detectam ostendit, incipiendo antiphonam Ecce lignum, quam, cantore incipiente Crucis, omnes prosequuntur. Finita antiphona, omnes, tam in choro quam ad altare (præter celebrantem), genua flectunt, inclinantes se profunde, et parvo momento in silentio orant.

Dum Crux adoratur, cantantur antiphonæ: Tuam Crucem, Crucem tuam et Adorémus, iisque finitis cantatur versus Crux fidélis cum hymno Pange, lingua, versu Crux fidélis post singulos versus hymni repetito. Si fieri potest, omnes adstantes simul cum choro versum Crux fidélis repetunt.

Cantus vero hymni eousque producitur, prout adorantium numerus requirit; concluditur tamen semper cum doxologia Glória et honor Deo. Si autem antiphonæ et hymnus non sufficiant, repetuntur prout necesse fuerit.

Postquam omnes Crucem adoraverunt, celebrans eam elevatam tenens incipit antiphonam Super ómnia, quam, inci-

piente cantore ligna cedrorum, omnes prosequuntur. Finita antiphona, omnes genuflectunt, inclinantes se profunde, et celebrans, tenens Crucem ut prius, cantat orationem Réspice, sicut dicitur ad Horas huius diei.

Ad Communionem

Dum Sacramentum reportatur a loco repositionis ad altare maius, omnes genua flectunt et cantantur hæ antiphonæ:

Antiphona 1

I

Ado-rá-mus te, Chri-ste, et be-ne-dí-cimus

ti-bi, qui a per Cru-cem tu-am red-emí-sti mundum.

Antiphona 2


VIII

Per lignum servi fac-ti su-mus, et per sanc-

tam Crucem li-be-rá-ti su-mus; fructus ár-bo-ris

se-dú-xit nos, Fí-li-us De-i red-é-mit nos.

Antiphona 3



Salvá- tor mundi, salva nos, qui per Cru- cem



et Sángu- nem red-e- mí- sti nos: auxi- li- á- re no- bis,




te depre- cámur, De- us noster.

Dum sacra communio distribuitur, cani potest psalmus 21 Deus, Deus meus, vel unum aliudve responsorium ex Matutino huius feriae VI.

Psalmus 21



De- us, De- us me- us, réspi- ce in me: quare me



dere- liquísti? * longe a sa- lú- te me- a verba de- lictó-



rum me- ó- rum. De- us me- us ...

2. Deus meus, clamábo per diem, et non exáudies: * et nocte, et non ad insipiéntiam mihi.

3. Tu autem in sancto hábitas, * laus Israël.

4. In te speravérunt patres nostri: * speravérunt, et liberásti eos.

5. Ad te clamavérunt, et salvi facti sunt: * in te speravérunt, et non sunt confúsi.

6. Ego autem sum vermis, et non homo: * oppróbrium hóminum et abiéctio plebis.

7. Omnes vidéntes me, derisérunt me: * locúti sunt lábiis, et movérunt caput.

8. Sperávit in Dómino, erípiat eum: * salvum fáciat eum, quóniam vult eum.

9. Quóniam tu es, qui extraxísti me de ventre: * spes mea ab ubéribus matris meæ.

10. In te proiéctus sum ex útero: † de ventre matris meæ Deus meus et tu, * ne discésseris a me:

11. Quóniam tribulátio próxima est: * quóniam non est qui ádiuvet.

12. Circumdedérunt me vítuli multi: * tauri pingues obsedérunt me.

13. Aperuérunt super me os suum, * sicut leo rápiens et rúgiens.

14. Sicut aqua effúsus sum: * et dispérsa sunt ómnia ossa mea.

15. Factum est cor meum tamquam cera liquéscens * in médio ventris mei.

16. Aruit tamquam testa virtus mea, † et lingua mea adhásit fáucibus meis: * et in púlverem mortis deduxísti me.

17. Quóniam circumdedérunt me canes multi: * concílium malignántium obsédit me.

18. Foderunt manus meas et pedes meos: * dinumera- vérunť ómnia ossa mea.

19. Ipsi vero consideravérunt et inspexérunt me: * divi- sérunt sibi vestiméнта mea, et super vestem meam miserunt sortem.

20. Tu autem, Dómine, ne elongáveris auxiliium tuum a me: * ad defensionem meam cónspice.

21. Erue a frámea, Deus, ánimam meam: * et de manu canis únicam meam:

22. Salva me ex ore leónis: * et a cór nibus unicórni um humilitátem meam.

23. Narrábo nomen tuum frátribus meis: * in médio ecclésiæ laudábo te.

24. Qui tímétis Dóminum, laudáte eum: * univérsum semen Iacob, glorificáte eum.

25. Tímeat eum omne semen Israél: * quóniam non sprexit, neque despéxit deprecationem páuperis:

26. Nec avértit fáciem suam a me: * et cum clamárem ad eum, exaudívit me.

27. Apud te laus mea in ecclésiá magna: * vota mea redam in conspéctu tíméntium eum.

28. Edent páuperes, et saturabúntur: ꝛ et laudábunt Dóminum qui requírun t eum: * vivent corda eórum in sáculum sáculi.

29. Reminiscéntur et converténtur ad Dóminum * univérsi fines terræ:

30. Et adorábunt in conspéctu eius * univérsæ familiæ géntium.

31. Quóniam Dómini est regnum: * et ipse dominábitur géntium.

32. Manducavérunt et adoravérunt omnes pingues terræ: * in conspéctu eius cadent omnes qui descéndunt in terram.

33. Et ánima mea illi vívet: * et semen meum sérviet ipsi.

34. Annuntiábitur Dómino generátio ventúra: * et annuntiábunt cæli iustítiam eius pópulo qui nascétur, quem fecit Dóminus.

Non dicitur Glória Patri.

SABBATO SANCTO

AD VESPERAS

Omnia dicuntur ut feria V in Cena Domini, præter sequentia:

Ant. 1
VIII

Hó-di e. Ps. 115. Cré-di-di, propter quod locú-tus

sum: * e-go autem humi-li-á-tus sum nimis.

Anti-
phona

Hó-di e afflic-tus sum valde, sed cras sol-

vam víncu-la me-a.

Canticum Magníficat: cf. « Triduum ante Pascha »
pag. 79.

Antiphona ad Magnificat.

I b

Prín-cipes sa-cerdó-tum et pha-ri-sæ- i muni- é-
runt sepúlcrum, signántes lá-pi-dem, cum custó-di-bus.
E u o u a e.

Dicta antiphona ad Magnificat, omissis Pater noster et psalmo Miserere, statim subiungitur (sine prostrationibus) oratio:

Concéde, quæsumus, omnipotens Deus; ꝛ ut, qui Fílii tui resurrectionem devóta exspectatione prævenimus: eiúsdem resurrectionis glóriam consequámur. ꝛ Non dicitur conclusio.

Et sic Vesperæ finiuntur.

DE VIGILIA PASCHALI

AD SOLEMNEM PROCESSIONEM CUM CERE0 PASCHALI

Cereo benedicto, thuriferarius incensum a celebrante benedictum ponit in thuribulo; postea diaconus accipit cereum paschalem accensum, et ordinatur processio: præcedit thuriferarius, sequitur cruciferarius cum cruce, diaconus cum cereo accenso, post eum statim celebrans, deinde subdiaconus cum acolythis, Fratres et populus.

Cum diaconus ingressus est ecclesiam, stans, cantat solus:

Lumen Christi,

cui omnes alii, præter thuriferarium et cruciferarium, genuflectentes versus cereum benedictum, respondent:

ꝛ. De- o grá- ti- as.

Omnes surgunt, et celebrans de cereo benedicto propriam candelam accendit.

Procedens ad medium ecclesiæ, ibi eodem modo diaconus altius cantat: Lumen Christi, cui omnes, ut supra, genuflectentes, respondent: Deo grátias. Et de cereo benedicto accenduntur candelæ subdiaconi, acolythorum et Fratrum.

Tertio procedens ante altare, in medio presbyterii, diaconus rursum adhuc altius cantat: Lumen Christi, cui tertio omnes, ut supra, genuflectentes, respondent: Deo grátias. Et per acolythos accenduntur de cereo benedicto candelæ populi et luminaria ecclesiæ.

Postea Fratres, facta altari reverentia, occupant sedes suas in choro.

AD MISSAM SOLEMNEM VIGILIÆ PASCHALIS

Pro Laudibus

Post sumptionem Sacramenti distributio communionis, purificatio et ablutio fiunt more solito; deinde alta voce incipitur ad Laudes antiphona Allelúia et tota cantatur ante psalmi intonationem.


Ant.
VI



Al-le-lú-ia, al-le-lú-ia, al-le-lú-ia. Ps. 150. Lau-



dá-te Dómi-num in sanctis e-ius: * laudá-te e-um in



firmaménto virtú-tis e-ius. 2. Laudá-te e-um...

2. Laudáte eum in virtútibus eius: * laudáte eum secundum multitudinem magnitudinis eius.

3. Laudáte eum in sono tubæ: * laudáte eum in psalterio et cithara.

4. Laudáte eum in tÿmpano et choro: * laudáte eum in chordis et órgano.

5. Laudáte eum in cýmbalis benesonántibus: † laudáte eum in cýmbalis iubilatiónis: * omnis spíritus laudet Dómi-num.

6. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

7. Sicut erat in princípío et nunc et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen.

Repetita post psalmum antiphona Allelúia, allelúia, allelúia, celebrans ad altare incipit, cantore ei deferente, antiphonam Et valde, quæ tota cantatur ante et post canticum Benedictus.

Antiphona Et valde et canticum Benedictus inveniuntur in « Triduum ante Pascha » pag. 324 et seq.